

## IN PORTU OSTIENSI

♪ *For he's a jolly good fellow*

*Sum* navem iam conscensurus  
*Ro-*manque relicturus  
*et* Graeciam petitu-u-rus,  
 o cara Lydia.  
 O cara Lydia,  
 mea carissima!

*Ne-que* servi sumus futuri,  
*nec* dominis parituri,  
*nec* Latine locutu-u-ri:  
 solā linguā Graecā.  
 Solā linguā Graecā,  
 amata Lydia!

*Et vi-*debis ecce iam nos  
*mar*<sup>e</sup> esse transituros,  
*nos* undas non mersu-u-ras,  
 unquam mea Lydia.  
 Formosa Lydia,  
 pulchra, pulcherrima!

*Et* nunc tibi soli dico  
*vil-*lam mox emptum iri  
*fi-*lios datum tib<sup>i</sup> i-iri  
 a me t<sup>e</sup> amatum iri.  
 Semper mea Lydia,  
 futur<sup>a</sup> uxor mea,

o Lydi- Lydi-a!

